

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Ernst Schaper

**Johannes Ernestus Schaper ... Hodie Academiæ Rostochiensis Rector Funus
perqvam acerbum ... Puelli Joh. Christiani, Viri Maxime Reverendi ... Dn.
Hermannii Christophori Engelckenii ... invitat : [P. P. Sub Sigillo Rectoratus d. XVI.
Aug. A. MDCCXVII.]**

Rostochii: Wepplingius, [1717]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn749385804>

Druck Freier  Zugang



Schaper, J. E.,

in

Johann
H. Chr. Engelcken.

Rost. 1717.

37

JOHANNES ERNESTUS SCHAPER,

SERENISSIMI DUCIS MECKLENBURGENSIUM RE-
CENTIS CONSILIARIUS REGIMINIS ET ARCHIATER, MED. DOCT.
EJUSQUE PROF. DUC. PUBL. PRIMAR. ET ORD. TOTIUS UNI-
VERSITATIS, COLLEGII DUCALIS ET FACULT. SUÆ SENIOR,

HODIE

ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS RECTOR

Funus perquam acerbum & maturum

Mellitissimi aequæ ac eximia indole & excellenti spe Praestantissimi

PUELLI

JOH. CHRISTIANI

VIRI Maxime Reverendi, Excellentissimi, Amplissimi, Praeclarissimi,

DN. HERMANNI CHRI- STOPHORI ENGELCKENII,

Philos. & S. S. Theol. Doct. hujusque Prof. Publ. Ord. Cele-
berrimi Sacram D. Johannis Pastoris Meritissimi,

Filioli, dum vivere dilectissimi, nunç eheu! desideratissimi

Qvod

PARENIS hic Meillemus una cum MATRE Luctuosissima.

D. XXI. Aug. degitur cum ritibus, statog, hoc in loco tempore,

cupit paratum,

Omnibus omnium Ordinum Civibus Academicis,

lisque longe Aestimatissimis,

Pro ea, quæ ipsi incumbit, officii ratione, solemniter Indicit,
Eosdemque ad cohonestandum illudipsum frequentissima sua præsentia, ea,
qua fas est, humanitate officiositateque, publico hoc scriptorius
genere, diligenter invitat.

Rostochii, Typis JOH. WEPFLINGI, SERENISS. PRINC. & ACAD. Typogr.



Mnipotens rerum Ar-
tifex & Conditor, DEUS, divina
sua providentia, ac imperscrutabi-
li justoqve suo Judicio, post intro-
ductum per lapsum primorum
nostrorum Parentum culpæ &
pœnæ reatum, sic disponit ac tem-
perat res creatas, ut perdocte etiam

notat & observat GREGORIUS NYSSENUIS *Lib. de opif. Hom.*, ut qvo nobiliores formosioresq; sunt, eo pluribus etiam subjaceant defectibus, terra, qvæ viridantibus cooperitur herbis, pulcherrimisqve intexitur & adornatur floribus, tanquam pretiosis Margaritis, deficiente pluvia arescat & elangyescat, mare, qvod tam spatiostum & amplum, repletum sit salsedine & quocunque agitetur & commoveatur vento, aër pellucidus & serenus opaca obtenebretur caligine & nebulis, ignis in altissimo residens loco & satis potens, pauxilla extinguatur aqua, Luna argenteo resplendens colore, obfuscetur exhalationibus & vaporibus, stellæ, tametsi radiantissimæ & fixæ obnubilentur & effundantur, Sol, qui Luminis cœlestis fons & origo, pallescat & patiatur Ecclipsin. Qvinimò per & propter eundem illum introductum culpæ & pœnæ reatum multifarius cernitur defectus in tam nobili Creatura, Homine, qvi totius Universi Monarcha, horizon æternitatis & temporis, Dux omnium Creaturarum, ipsiusmet Macrocosmi Microcosmus, in lumine tam perfecto ecclipsis, in tam perpolito vultu macula, in tam vasto pelago fuccitas, in auro tam puro rubigo, in panno tam subtili & pretioso tinea, in flore tam specioso, spina, in fru-

Etū tam rubicundo & elegante vermis, in tam consonante & harmonico organo dissonantia, in tam excellenti specie Monstrum, in creatura denique tam perfecta, conspicitur mortalitas, corruptio, pulvis & cinis, juxta prudens illud & sapiens documentum, pium & salutiferum monitum, humileque epitaphium, quod Sacrae æque ac Ecclesiastica Scriptura ponderosissimis inter alia verbis nobis omnibus & singulis commendat: *Memento Homo, quia pulvis es, & in pulverem reverteris. In omnibus operibus Tuis recordare novissimorum Tuorum & in perpetuum non peccabis.* Nihil sic hominem revocat à peccato quemadmodum mortis Meditatio. Verum quidem est, plurimos modos Divinum possidere thesaurum, quibus aversi à Deo peccatores reducuntur, sed mortis hominisque miseriarum memoriam, omnium nobilissimum esse & efficacissimum, affirmare non dubitamus cum Sancto illo JOBO, qui de perverissimo quodam disserens peccatore, ejusque perditionem tacito ruminans corde interrogat: *Quis arguet coram eo viam ejus, seu, ut Pagninus vertit, Quis annunciat coram eo viam ejus malam? ac si dicere velit: cuius hominis eloquentia tantæ virtutis erit atque efficiacæ, ut perduto peccatori conversionem ad Deum persuadeat? eritne sub sole reperibile quid, quod obstinatum peccatorem, immersum immunditiis, extrahere & Deo suo conversum repræsentare queat?* Eruntne forsitan divinæ illæ compunctiones, quæ ut acutissimæ spinæ de hora in horam, de momento in momentum acriter peccatoris animum commoventes ad pœnitentiam eum exstimulare consververunt? non erunt, quia compertum proh dolor! habemus, eas licet frequentissimas & absque intervallo ad peccatoris januam cordis

A 2

pul.

pulsantes ; aut non exaudiri quamplurimum aut non
admitti, aut etiam exauditas & admissas repudiari : effi-
cientne hoc adversitates & tribulationes , quibus Deus
aversorum peccatorum corda quasi chamo & fræno , ut
David ait, constringit & sibi approximare facit § non
efficient , quia neque his ineſt vera ſalus , dummodo
plurimos hiſ, ut validis & impetuofis Oceani undis obrui-
tos videmus , & tamen ut firmiſſimum ſaxum ſuis iſi-
ſtere fixos vitiis & ſceleribus : valebitne hoc infirmitas
aliqua gravis ſi peccatorem proſternat & ad portas
mortis propemodum adducat juxta illud Psalmiftæ :
Multiplicata ſunt infirmitates eorum poſtea acceleraverunt?
non valebit , quia chamo licet & fræno illi domitori
obſequantur , amoto tamen illo , & ſanitate recuperata,
ut indomitus eqvus durius quam ante recalcitrando
retrocedunt. Nihil ergo tanti erit roboris , ut perdi-
tum reducere valeat peccatorem , nihil quod annunciet
coram eo viam ejus malam , judice Viro Sanctiſſimo
& Doctore patientiſſimo , quam ut *ad ſepulchra ducatur*
& *in congerie mortuorum vigilet* , hoc eſt , ut OLYMPIO-
DORUS explicat , ſepulturæ accessione & firmo atque
fixo pede foetidæ illius putridorum Cadaverum maſſæ
continuata conſideratione talem efficaciam atque virtu-
tem perſentificat , ut perlustret horridam illam conſu-
fionem & perpendat num diuitem à paupere , plebeju-
m à nobili , ignorantem à ſapiente , debilem à robusto,
pulchrum à turpi , virtuosum à vitioso , honestum ab
inhonesto , ſanctum à peccatore , cœlos inhabitantem
ab inferni tenebris jam ſepulto discernere valeat , atque
ſic hac conſuſione , hoc horrore atque foetore , hac nauſea
& putredine , hac letitera corruptione , ad veram pœni-
tentiam promoteatur , harum fixa & attenta conſi-
deratione

deratione velum cœcitatris oculis suis detrahatur , lumen
propriæ vilitatis atque turpitudinis illustretur , tan-
demque ad Deum , Salvatorem suum , celerrimis pas-
sibus ducatur .. En singularem illam dignitatem ,
utilitatem & efficaciam , quam secum fert & circumfert ,
frequentissima illa Mortis , nobis omnibus & singulis
incubentis , meditatio , quam neque ex aliis Scripturæ
Sacræ & sanæ Philosophiæ fundamentis repetere hac vi-
ce licet , neque aliis utriusque firmamentis consolidare ,
neque aliis amplificationibus ulterius extendere , sed
circa quam egregium tantum hoc in loco producere li-
cet exemplum , ex quo luculenter constet , necessariam
eandem esse quam maxime , Hominibus non solum ve-
neranda senectute graviter conspicuis , & per ordinarium
vitæ cursum morti quoque , ejusq; meditationi pressiori ,
quam proximis , sed & virili hujus vitæ spatio ejusque
consistentia gaudentibus , secundum exerentem se
ordinarie naturæ virtutem à morte ejusque pressiori me-
ditatione paulo remotis , sed & juvenibus , optimo , pue-
ris & infantibus , primo in ætatis humanæ eoque tenero
flore vigescientibus , adeoque vulgare juxta naturæ in na-
turalibus operantis æstimium à morte ejusque pressiori
meditatione adhuc remotioribus , imo remotissimis ;
exemplum , inquam , Nobilissimi illius Puelli , indole-
que optima & spe maxima ornatissimi , JOHANNIS
CHRISTIANI ENGELENKENII , qui mature quidem
admodum , nuper , pie tamen , in Domino defunctus , &
dum viveret , pro infantili suo modulo memoriam mor-
talitatis subinde comprobavit , cujusque proinde brevis-
simum quidem , laude tamen dignum , vitæ curricu-
lum , summatim nunc iis , quibus à Summè Rev. ejus-
dem Parente mihi communicatum est , verbis , magna ex-

parte recensebo, recensendoque, ea, qua fas est, ratione,
ad illam, quæ superfutura est, posteritatem transmitte-
re conabor. Primam mortalitatis hujus lucem adspe-
xit *Beatus noster Puellus A.* MDCCXIV. die VIII Maji circa
meridiem, & Patrem nactus est, Virum Maxime Rever.
Excellentissimum, Amplissimum atque Praeclarissimum
Dn. HERMANNUM CHRISTOPHORUM EN-
GELCKENIUM, Philol. & S.S. Theol. Doctorem, hu-
jusque Professorem Publ. Ordin. Celeberrimum, nec non
ad ædem Sacram D. Johannis Pastorem Vigilantissimum,
Meritissimum, valde subitaneum ejus, tanquam Filioli sui
Mellitissimi, ad Cœlites abitum, acerbissime lugentem:
Matrem verò Fœminam, omnibus omnino virtutum
Muliebrium laudibus & fulgoribus condecoratissimam,
AGNETAM CATHARINAM BESELINIAM, pa-
riter, admodum festinum ejus, tanquam Filioli sui Sva-
vissimi, è Maternis amplexibus discessum, intensissime
dolentem: Avum in linea Paterna, Virum Nobilissi-
mum atque Amplissimum, Dn. CHRISTIANUM PE-
TRUM ENGELCKEN, Hypothecariū in Schwastorff
Spectatissimum, qui per Summi Numinis gratiam adhuc
in viuis est atque præmaturam Nepotis mortem ma-
gnopere luget: Aviam eadem in linea, Genero-
sam Dominam, ELISABETHAM von der HARD.
TEN, Filiam Generosi Dn. ASCANII de HARD.
TEN, Hæreditarii in Deters & Hannshagen / quæ
postquam primitias bonæ indolis in tenerrimo Infante
lustravit, eumque alterius instar Naëmi quam scepissi-
me in sinum reposuit, haud multo post mundo valedi-
cens Cœlitum triumphantium choro adscripta est. A-
vum in linea materna potitus est Virum Prænobilissi-
mum, Consultissimum ac Prudentissimum, Dn. JO-
HAN.

HANNEM JOACHIMUM BESELINIUM, JCtum
Celeberrimum, Civitatis hujus Rostochiensis Consu-
lem dexterimum, hodie adhuc fospitante Deo, felici-
ter superstitem: Aviam hujus lineæ, Prænobi-
lissimam atque omnibus sexus sui virtutibus coruscum,
Dn. WENDULAM KLEINSCHMIDEN, quæ lu-
ctuosum surculi tenerimi casum acerbis deflet lacry-
mis: Proavum Paternum, Virum Nobilissimum atque
Amplissimum, Dn. HENRICUM ENGELCKEN,
prædii Jennevitzensis Pensionarium Dualem, eumque
Integerrimum: Proaviam Paternam, Præstantissimam
Fœminam, ELISABETHAM REPPENHAGENS,
progeneratam à Viro Prudentissimo atque Spectatissi-
mo, Dn. JOACHIMO REPPENHAGEN, Senato-
re Wismariensium fulgidissimo. Proavum Maternum
indeptus est, Nobilissimum atqve Prudentissimum Dn.
VALENTINUM BESELIN, Roseti nostri Senato-
rem Meritissimum: Proaviam Maternam, Laudatissimam
Fœminam, CATHARINAM WEDAUEN,
Civis atqve Mercatoris Rostochiensium primarii Fi-
liam: Abavum lineæ Paternæ, Virum Plurimum Re-
verendum atque Doctissimum, Dn. CHRISTIANUM
ENGELKENIUM, Philosophiæ Doctorem præcla-
rissimum, Præpositum Dobberanensem, & Serenissimi
quondam Mecklenburgensium Ducis ADOLPHI FRI-
DERICI, Confessionarium Religiosissimum, meritis in
Ecclesiam, elegantissimoque scripto, *Meditationis Eucha-
ristica* nomine insignito, maxime conspicuum: Aba-
vum vero lineæ Maternæ, Prænobilissimum atque Pru-
dentissimum Dn. JOACHIMUM KLEINSCHMIDT,
Consulem olim Civitatis hujus Rostochiensis famigera-
tissimum, gratæ posteritatis laudibus adhuc commen-
datissi.

datisimum. Verum enim verò cum ex enumeratis ita
his haetenus satis superq; eluceat, *Beatum nostrum Infan-*
tem, honestissimis æque ac splendifessimis Majoribus
prognatum esse atq; profatum, enumerandorum ulte-
rius horum labore ultro supersedeo citroque, (Quis
enim nescit, semper inde à tempore Reformationis salu-
taris BESELINIOS ad Civitatis Rostochiensis clavum
sedisse, Senatorioque jubare effulsisse. ¶ Vid. B. D.
GRAPII nostri Rostoch. Evangel. pag 93. lq.) & Hono-
ratissimis ejusdem Parentibus, potius, ut & Veneran-
dis, qui adhuc hodie supersunt, Progenitoribus, ma-
turm nimis ejus, tanquam Dulcissimi solaminis, obi-
tum, impensisime lugentibus, ex animo precor, ut Deus
T. O. M. Clementissimo ipsis adesse velit suo subsidio, ad
superandum sancte & debite gravissimum hunc luctum,
agnoscendamque submisse Gratiam suam omnia etiam
in tristissimis casibus benefacientem, virtutem suam
potentissimam iisdem suppeditare, omnesque illos &
singulos omnibus animi ac corporis donis ac bonis lo-
cupletatos quam diutissime conservare, & luctuosissima
qvævis infortuniorum genera gratioſſimum in mo-
dum ab iisdem avertere ac propulsare. Quemadmo-
dum verò Pii quivis ex genuinis Christianis Parentes
nihil habent prius, nihil antiquius, quam ut follicite cu-
rent, quò infantes tenerrimi, à ponderosissimo illo re-
atu peccatorum, in quibus nascuntur, quæque eosdem
in hac mortalitate circumstant, per sanctissimum Ba-
ptismi lavacrum sanguine Jesu Christi salutarem in mo-
dum abluantur ac purifcentur, veræ in his terris Ec-
clesiæ gremio inserantur, & hæredes evadant vitæ hujus
gratiæ pariter ac illius gloriæ, ita & Honoratissimi *Be-*
ati nostri Infantis Parentes nihil quicquam hoc in capite
omi-

omiserunt , quod officii illorum ratio ullo modo ab iis
requirere potuit , sed simulac lucis usura frui eidem
contigit , statim toti in eo fuerunt , ut postero die Sacra
ablutus aqua , Deo per insitionem in veram Ecclesiam
commendatus & conjunctus , hæreditati gratosæ æque
ac gloriosæ adscriptus , hujusque testandi gratia , nomen
eidem impositum sit JOHANNIS CHRISTIANI . Ex
eo tempore varia quidem divinæ benedictionis docu-
menta sensit , Beatus noster Puerulus , dum variis subinde
morborum generibus divexus feliciter ex iisdem emer-
sit , exoptatæque sanitati restitutus , haud contemnenda
edidit optimi ingenii , optimæque probitatis præludia
pariter ac specimina , nec non variegata , pro Infantum
more & genio Parentibus Aëstimatissimis excitavit ac
præbuit oblectamenta : varia tamen & simul sensit pro-
bitatis ingenitæ virtutisq; experimenta , multas scil. diffi-
cultates , multas ærumnas , multas infirmitates , quæ Suœ
Rev. ipsius moverunt Parentem , ut honesto usus joco ,
titulum eidem solitus sit attribuere *Candidati Cœli* ; qui
titulus adeò quadravit egregie in JOHANNEM nostrum
CHRISTIANUM , ut is jubente ita omnium rerum Ar-
bitro , mox in cœlestem translatus Academiam , imper-
fectionem , molestias , calamitatesque hujus mundi , cum
perfectione , felicitate , & libertate cœlesti , s̄aviter ad-
modum commutarit , & qui hic cœli tantum egerat
Candidatum , anno ætatis suæ tertio , menseque ejus
tertio , cœli factus sit Civis in æternum beatus & jugi-
ter tranquillus . Quomodo autem comparata fuerit in-
comparabilis hæc Cœlestium cum terrenis permutatio &
transpositio ex Academia ac Civitate transeunte in Acade-
miam & Civitatem permanentem q̄yoad ultima illa , quæ
acciderunt

B

acciderunt Beati nostri Infantis Corpusculo satis morbido Symptomata, ingenuis & amicis Lectoribus insinuatum dabit more consveto , Vir Prænobilitissimus , Excellen-tissimus, Amplissimus & Experientissimus, GEORGIUS DETHARDINGIUS , Medicinæ Doct. ejusque Prof. Publ. Duc. Ord. Celebratissimus , Meritissimus , Fautor noster Collega & Amicus Honoratissimus , & quidem verbis strictissimis , nervosa tamen ac sufficienti ratione compositis , ad inferendum publico huic scriptio-nis generi benevole ad me transmissis , & sequenti cum tenore in subsequentibus linearum circumductio-nibus instructis . **FEBRIS SCARLATINA** fuit , qua Filium hunc optimæ indolis corripuit ; ast infida metastasis , **ANGINA** , spiritui remeanti vias præcludendo vitæ finem imposuit , fru-straneis nisibus , **BLENNIA PER NARES & MUCO PER AURES** defluentibus . Magna quidem imo perpetua feré à primis incuna-bulis illi fuerunt cum adversa valetudine lites , cum **ASTH-MATE** , cum **CATARRHO SUFFOCATIVO** , cum **CONVULSIO-NIBUS** , aliisque , sed componere has semper licuit , ut Superior extiterit . **SIT MEMORIA EJUS IN BENEDICTIO-NE !** Hac ratione igitur absolvit mortalitatem suam ejusque infantilem memoriam , **Beatus noster Puerulus** & quoad animam accessit ad immortalitatem vitæ glo-riæ nunquam interrumpendam ejusdemque memoriā inexhaustam , profunditatis scil. immensa circa opulentiam divinam , in essentiæ unitate , Per-sonarum Trinitate , voluntatis sanctitate , attribu-torum & operum absoluta perfectione , per omnem omnino æternitatem admirandam : circa consilium & ju-dicium divinum , in Creatione Hominum , Provisione , Directione , Electione , Redemtione , Vocatione & re-vocatione

vocatione , Justificatione , Sanctificatione , Inhabitatio-
ne , Exornatione , Obsignatione , Salvatione , grata
mysteriisque & vestigiis imperviis undiquaque refer-
ta ratione occupatum : circa gloriam divinam , in cœlo,
solo , & solo , illustrissima coruscatione conspicuam , à
Sanctis Angelis in Ecclesia triumphante & à Piis Ho-
minibus in Ecclesia militante , quovis tempore , sepa-
ratim quamvis , devote tamen , decantatam , ab utris-
que coniunctim Bono cum DEO in æternum decantan-
dam in Cœlestis Patriæ consociata possessione nunquam
terminanda ; unde , sicut & ex cæteris adductis funda-
mentis , solatia promanant in omni tristitiae genere
efficacissima , quæ Supremus vitæ & mortis Dominus
in animis beate defunctum graviter lugentium ,
juxta votum supra datum , Clementissimam in mo-
dum obfirmabit . Restat nunc solummodo Beati no-
stri Infantis corpusculum exanime , quod à primo sta-
tim , quo vitam hausit , temporis spatio , mortalita-
ti semper fuit obnoxium , nuper autem demum di-
vino ex beneplacito ipsimet morti , infantilibus , iisque
primis in annis , succubuit , & qvidem ita restat , ut
recepta apud Nos veræque pietatis Cultoribus digna
consuetudine , ad locum deportandum sit sepulchra-
lem , in quo placide usque ad illud tempus quietcat ,
quo cum anima feliciter coniunctum immortalitate
simul cum eadem fruatur ejusque meditatione æterna ,
inter deportandum autem debito ex amore concomi-
tandum sit , idque cæteros inter etiam à Vobis , CIVES
ACADEMICI OMNIUM ORDINUM HONORA-
TISSIMI , qui propterea , ea , qua pars est , diligentia
& officiositate rogamini , ut splendido vestro & fre-
quenti

qventi comitatu funebres corpusculi hujus exuvias
condecorare haud dubitetis , & vel hoc ipso Mæstissi-
morum Parentum , Progenitorum & Propinqvorum
acerbam omnino tristitiam exoptata ratione mitigetis;
& mutua quævis ab iisdem officia , eaque addictissi-
ma , DEO volente , lætiori in studiorum genere , cer-
tissime Vobis promittatis ; in laudabili hoc Christianæ
caritatis exercitio salutiferum mortalitatis recolentes
memoriam , hincque Davidicum illud seria cum devo-
tione ingeminantes sulpirium : *Ad numeran-*
dum dies nostros , rectum notifica no-
bis , Domine , ut adducamus cor ad sa-
pientiam : Notos fac nobis , Jehovah,
fines nostros , notam mensuram dierum
nostrorum , quænam illa , ut agnosca-
mus , QVAM BREVI SIMUS
CESSANTES.

P. P. Sub Sigillo RECTORATUS
d. XVI. Aug. A. MDCCXVII.

Conventus fiet in Templo D. Mariæ Sacro
Hora prima , eaqve Pomeridiana.






[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn749385804/phys_0020](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn749385804/phys_0020)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

vocatione , Justificatione , San-
ne , Exornatione , Obsignatio
mysteriisque & vestigiis imp-
ta ratione occupatum : circa
solo , & solo , illustrissima con-
Sanctis Angelis in Ecclesia tri-
minibus in Ecclesia militante ,
ratim quamvis , devote tamer-
que conjunctim Bono cum DE-
dam in Cœlestis Patriæ consoci-
terminanda ; unde , sicut & ex-
mentis , solatia promanant in
efficacissima , quæ Supremus
nus in animis beate defunctu-
juxta votum supra datum ,
dum obfirmabit . Restat nu-
stri *Infantis* corpusculum exan-
tim , quo vitam hausit , temp-
ti semper fuit obnoxium , nu-
vino ex beneplacito ipfimet me-
primis in annis , succubuit , &
recepta apud Nos veræque pi-
consuetudine , ad locum depo-
lem , in qvo placide usque ad
quo cum anima feliciter conju-
simul cum eadem fruatur ejusq;
inter deportandum autem debi-
tandum sit , idque cæteros inter
ACADEMICI OMNIUM OR-
TISSIMI , qui propterea , ea ,
& officiositate rogamini , ut



Inhabitatio-
ne , gratiosa
quaque refer-
am , in cœlo ,
conspicuam , à
& à Piis Ho-
nore , sepa-
ram , ab utris-
cum decantan-
one nunquam
ductis funda-
sticiæ genere
mortis Domi-
nugentium ,
nam in mo-
odo *Beati no-*
â primo sta-
, mortalita-
demum di-
libus , iisque
a restat , ut
oribus digna
it sepulchra-
bus qviectat ,
mortalitate
one æterna ,
re concomi-
obis , CIVES
HONORA .
, diligentia
estro & fre-
quenti